



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

41. An ordo circa adhibitionem testium sit servandus quoad peccatum uni tantum notum? Ex p. 7. tr. 3. r. 37.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

4. Idem dico, quando ego legitime excusor ab immediata delatione, ut si peccans arrepturus sit occasione me grauitur vexandi, aut si non possum sine graui, & proportionato damno proprio, vel alieno, tunc teneor adire Prælatum: quia teneor mede i fratri cum minimo damno ipsius, & meo. Idem est de quouis alio amico, aut priuato, quem teneor adire, si aliter non emendabitur, & hac ratione emendabitur.

5. Secundò, si ego non possum formare assensum probabilem, peccatorem emendandum monito secreto: at illum assensum efformo, eum emendandum per Prælatum, tunc teneor adire Prælatum. Hæc conclusio est ferè tam certa, quàm prima: quia si emendatio est tam difficilis, ut nullam generet spem: est ergo ferè desperata: ubi enim emendatio speratur prudenter per alium, per me autem non speratur; at certè non speratur: ergo in tali euentu non est deserendus proximus in peccato.

6. Tertio; si ego spem habeo dubiam de emendando peccante in damnum aliorum, & de illo vitando: at habeo spem multo maiorem eum emendatum iri per Prælatum, & vitanda aliorum damna, teneor Prælatum adire secreto, & paternè, si illa delatio speratur satis profutura. Moueor: quia S. Thomas in criminibus occultis vergentibus in aliorum damna asserit vitandum immediatà delatione, nisi firmiter speret se posse alia via per se continè illis occurrere: 2. 2. q. 33. art. 7. alij autem authores nisi ob spem certam existimant vitandum ea delatione. Probatu apertè: bonum commune tenemur præferre priuato, nec illud exponere graui incommodo ob incommodum priuatum. Nec enim licet periculo probabili exponere Republicam ob exigua aliqua damna priuata. In priuatis autem damnum priuatum est exiguum, incommodum autem publicum maximum, periculum probabile: ergo non licet tunc omittere delationem occultam paternam. Quod confirmo à medicina: Si Medicus format hoc iudicium probabile: Ager curabitur, si hæc leuis sectio fiat, sine illa verò dubius sum, aut parum spero illum euasurum; In hoc euentu tenetur Medicus leuem sectionem præcipere, aut consulere, ne totum hominem exponat neci: ergo.

7. Notandum est tamen hîc quòd si ego spero delinquentem emendandum per me licet non tam bonè, quàm per Prælatum, sed tamen absolute emendabitur, non teneor adire Prælatum.

8. Igitur ex dictis in hac & superiori Resol. dicendum est siue peccatum fratris sit tertio noxium, siue non sit; siue continuandum aut iterandum, siue non; modò constat quòd se non emendauerit per penitentiam, debere à te corrigi secundum ordinem hunc Euangelicum, cû tibi soli notum fuerit. Neque hoc est diffamare fratrem, sed cum aliquo detrimento in minori bono famæ maius erit bonum in conscientia curare: quomodo Medicus pro conseruatione totius corporis abscondit membrum minus necessarium. Imo vix vllum erit istud detrimentum, quia apud prudentes, quales adhibendi erunt, ferè tantumdem recuperabit frater penitendo, quantum amisit peccando.

## RESOL. XLI.

An ordo circa adhibitionem testium sit seruandus quoad peccatum vni tantum notum? Ex part. 7. tractat. 3. Resol. 37.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Turianus in 2. q. 1. tom. 1. disp. 89. dub. 4. sed nouissimè cum Caietano, Durando, & aliis negat Franciscus del Castillo in 3. sent. tom. 2. disp. 6. de Correctione, quæ n. 9. quia peccatum quod est materia præcepti correctionis fraternæ debet esse publicum, vel simpliciter, vel secundum quid. Sed quod vni tantum notum est, non est adhuc secundum quid publicum. Ergo confirmatur Primò, quia ego solus vidi feminam virginem deflorari, teneor tacere, imò si narrari teneor restituere famam, & querere modum, qualiter eam absque infamia mea, vel sua restituam: sed tunc hoc non est verum, si ad corrigendum fraternæ feminam peccantem tenerer post admonitionem secretam inducere testes, quia tunc diffamaretur apud illos. Ergo. Confirmatur secundò, quia Christus in prædicto ordine loquitur non de correctione secreta quæ per hoc differt ab illa, quod respiciat peccatum aliquo modo publica, & quæ deferri possint ad Ecclesiam, & ab ea puniri. Ergo circa peccatum vni tantum notum, non est præceptum de adhibitione testium.

## RESOL. XLII.

An quando delictum est occultum teneatur ad correctionem fraternam quis adhibere testes, etiam si illud peccatum antea non cognouerit? Ex p. 7. tr. 13. & Milic. 1. Resol. 41.

§. 1. **C**ausa practica est, & negatiuè sententiam tenet Durandus in 4. disp. 9. quæ 4. Vnde in fauorem huius sententiæ non grauat hoc apponere verba Ioannis Henriquez in compend. cas. moral. cap. 28. num. 2. vbi sic ait. Quando el delito es tan oculto, que no lo sabe mas que un hombre solo, dene hazer la primera correccion à solas entendiendo y al culpado, y no dene passar mas adelante, ni hazer segundo aniso delante de testigos, aunque no se ayax emendado, sino dexarle que se este en su pecado. Porque la segunda correccion que se aia de hazer delante de los testigos se entiende, que han de ser de los hombres, que ya saben el delito por otro camino, para que el culpado no pueda negar su culpa: y assi si llamassen testigos, que no saben el delito por otro camino, el culpado puede negar su culpa: y assi los testigos no tienen mayor obligacion de creer al que corrige, afirmando que se cometio tal pecado, que al otro que lo cometio en secreto, dixiendo que no le cometio. Y si se dixesse que los testigos estan obligados à creer al hombre que corrige, que al corrigido, seguiria se de aqui que qualquier hombre de saluado, que quisiera hazer mal à otro, podria llamar testigos, y delante dellos corrigir falsamente, diciendo que no via mal, y que ya en particular, y à solas le aia corrigido secretamente, siendo todo falso, y deste modo podria hazer, que castigassen qualquier persona, que viniesse bien. Y si se concediesse que los testigos no estan obligados à creer a quien los llama, sino al hombre que niega, podria el que niega, aunque sea culpado, querelarse de que el hombre que lo corrige, le da fama, y le quita la honra delante de testigos. Y no pudiendo probarse el contrario por ser el delito oculto, podria hazer que castiguen al que corrige con la pena del talion. Esta doctrina es de todos los Casos, y la trae Pedro de Nauar. tom. 1. lib. 2. c. 4. dub. 13. aunque los Theologos tienen el contrario. Ita Henricus ubi supra.

2. Sed nouissimè contrariam sententiam docet Jacobus Granado in 2. 2. contr. 3. de charit. tract. 2. disp. 7. num. 6. vbi sic ait. Respondent aliqui delictum adhibendos esse testes, qui illud peccatum antea non cognouerunt.